



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ministris ecclesiae necessaria est munditia propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

non possidebunt, &c. Quarto, ut de
Matt. 5 uideri meremur. Mat. 5. Beati mundo
corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Augus. Et P. Augustinus. Videbimur te do-
mine, & tanto unusquisque perspicua-
cius, quanto hic uixerit purius.

*Ministris Ecclesie necessaria
est munditia propter qua-
tuor.*

Primum est, quia ipsi sunt mi-
stri dei, & sicut ipse est immacu-
latus, ita oportet eos esse im-
maculatos. Vnde Dauid dicebat. Ero
Psal. 17. immaculatus cum eo. Item, Ambu-
Psal. 100. lans in uia immaculata, &c. Et Pau-
Eph. 7. lus. Elegit nos ante mundi constituti-
tionem, ut essemus sancti & immacu-
lati, in conspectu eius in charitate, &c.

Et Bernardus: Candor enim lucis est
Bernar. sapientia, & candidam oportet esse
animam, in qua ipse habitare elegit.
Secundum est, quia habent mundare
alios, ideo oportet eos esse mundos.

Ecc. 33 Ecclesiasticus: Ab immundo quid
mundabitur? Sicut non est calidi frige-
facere, nec frigidi calefacere, ita
non uidetur immundus mundare
Grego. mundos. Vnde Gregorius: Super-
etas sordes tergere non ualeat manu.

quæ latum tenet. Machab. 4. elegit Mach, 4
 Iudas sacerdotes sine macula uolun-
 tatem habentes in lege dei, & munda
 sancta erunt. Tertium est, quia sunt
 uasa electionis dei. sic dicitur de Pau-
 lo: Vas electionis mihi est iste, ut por-
 tet nomen meum coram gentibus &
 regibus, & filiis Israel. Sicut modica
 macula in sypho regis uinum infusum
 abhominabile & inutile, quantum
 ad potum regis redigitur, ita sapien-
 tia in multis propter maculam uitæ
 abhominatur à deo, & ab hominibus.
 Gregorius: Cuius uita dispicitur, re-
 stat ut eius prædicatio contemnatur.
 Et Hieronym. Perdit enim auctorita-
 tem docendi, cuius sermo opere de-
 struitur. Et Isidorus: Opprobrium
 est enim arguere quidquam in alio,
 quod adhuc reprehendit in seipso.
 Quartum est, quia sunt oculi eccle-
 siæ. Psal. Oculi mei languerunt præ-
 inopia, inquam luminis; parua enim
 oculi macula in oculo magis inutilem
 reddit, quàm in ceteris mēbris. Vnde
 Gregorius: Nequaquam macu-
 lam purè considerat ocu-
 lus, quem puluis
 grauat.

Act. 9.

Gregor.

Hieron.

Isydo.

Psal. 8.

Grego.